Małosowna Kocmierowa Lucrum

Super Citatione Literali Castrensi Capitanealis Branscensis tenoris talis Franciscus Joan-
nes in Słocow Lesnowolski Branscensis Capitaneus Tibi Nobili Joanni
olim Martini Borowski de [illegible] heredi ex omnibus bonis tuis
mandamus ut in Termino Querelarum ac Causarum officii Capitanealis Castrensis Branscensis
Regii Branscensis feria secunda post datam praesentium citationis proxime cele-
brandis personaliter et peremptorie compareas Ad Instantiam Nobilis Mariannae
Małosowna contra rebellis olim Andreae Kocmier de Kocmierzyce he-
redis actoris Quae te citat Ideo Quia tu in contrarium iurium et li-
bertatum Regni quibus theloneea in palatinatu Podlachiae sunt sublata
ausus es ab eadem Actrice in via libera bonorum Kocmierzyce [illegible]
tendentis equum coloris [illegible] in valore Quadraginta flo-
renorum polonicalium in rationem cuiusdam iniusti et in usitati thelonei recipere et
exigere prout recepisti et exegisti per quod poenam mille marcarum
polonicalium incurristi ad quam super te decernendam unacum restitutione
accepti thelonei citaris Judicio praesenti responsurus datum in Curia Regia
Branscensi feria sexta post festum Sanctae Hedvigis Electae proxima
Anno Domini millesimo sexcentesimo Quinquagesimo memoratae libertatis
supra scriptum [illegible] officii praedicti Castrensis vide supra.

Zochowski Lucrum

Super Citatione Literali Castrensi Capitanealis Branscensis tenoris talis Franciscus Joannes in Słocow
Lesnowolski Branscensis Capitaneus Tibi Nobili Alberto olim Joannis Rzepny de
Rzepki heredi Vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ex omnibus bonis
tuis ut in Termino Querelarum ac Causarum officii Capitanealis Castrensis Branscensis feria
secunda post datam praesentium citationis proxime in Curia Regia Branscensi
celebrando coram Nobis seu officio Nostro personaliter et peremptorie compareas Ad Instantiam
Nobilis Christophori olim Benedicti Zochowski de Zochy heredis Actoris Qui
te citat Ideo Quia tu in contrarium iurium et libertatum Regni quibus the-
loneea in palatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es ab eodem Actore in via libera
bonorum Zochy bombardam longam alias hakownicę valoris sedecim florenorum
polonicalium et clavum ad eandem bombardam pertinentem in rationem cuiusdam iniusti
et in usitati thelonei recipere et extorquere prout de facto recepisti et
extorsisti per quod in poenam eo nomine in constitutionibus Regni contra
huiusmodi theloneatores sancitam videlicet mille marcarum polonicalium merito
incidisti ad quam super te et bonis tuis omnibus decernendam et nihilominus ut
praefatam exactam theloneam restituas citaris Judicio praesenti responsurus Datum
in Curia Regia Branscensi feria secunda post festum Sanctae Hedvigis
Electae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Ad
officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per [illegible] Regni [illegible] vide supra

Falkowska Golembiewska Lucrum

Super Citatione Literali Castrensi Capitanealis Branscensis tenoris talis Franciscus
Joannes in Słocow Lesnowolski Branscensis Capitaneus Tibi Nobili Thomae
olim Alberti Golembiewski in Golembie heredi ex omnibus bonis tuis
Vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut in Termino Quere-
larum ac Causarum officii Capitanealis Castrensis Branscensis feria secunda
post datam praesentium citationis proxime in Curia Regia Branscensi celebrandi
personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Nobilis Barbarae filiae
Nobilis Laurentii Falkowski contra rebellis olim Nobilis Stanislai Golem-
biewski